



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

31. De virtute Ecclesiasticæ excommunicationis, & quomodo Gregorius Magnus mortuum absoluit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

patriarchæ sedentem cerneret, ad cuius pedes sanctissimus ille patriarcha Ignatius prouolutus iaceret, ac vindictam eorum postularet facinorum, quæ à Cæsare designata in se fuissent. Mox alicui gladium porrigi, quo Bardas membratim diffecaretur. Neque multum temporis intercessit, quum Michaël Bardæ potentiam reueritus, hominem morte multatum è medio tollere cogitat. Itaque Bardas homines gladijs instructos contra se pergentes intuitus, ad imperatoris se pedes abiicit. Verum per eosdem inde abreptus, membratim in frustra conciditur: genitalibus hastæ suffixus, & publicè populo spectaculi causâ exhibitus.

Bardas cædes

Michael Glycas parte 4. Annalium, De virtute Ecclesiastica excommunicationis, & quomodo Gregorius Magnus mortuum ab-soluit.

C A P. XXXI.

Quidam solitariae vitæ sectator à Gregorio Papa excommunicatus, ut qui contra voluntatem præsidis & præscriptas monasterio leges à Gregorio, nonnihil deliquisset: paucis diebus interiectis vitam cum morte commutauit. Ea re nunciata, magnopere Gregorius indoluit, fratrem illum è vita subito migrasse, sacris adhuc vinculis constitutum. Itaque scriptam in charta precationem, qua mortuum vinculis istis eximeret, ministro cuidam cum hisce verbis tradidit: Abi ad sepul.

Gregor. papa mortuum ab-soluit.

sepulchrum fratris illius, & precationem hanc perlege. Quod ubi factum fuisset, monasterij præses per quietem fratrem hunc conspicit. Mox eum compellens: Tua causa mœsti sumus & frater, ait, quod vinculis sacris ligatus obieris. Quamobrem dic obsecro nobis, quonam in statu & conditione sis. Tum ille respondens: Reuera, inquit, & pater, ad hesternum usque diem carcere quodam clausus fui. Verum hodie solutus ac liber factus sum. Hoc modo cunctis innotuit eadem hora, qua diaconus precationem illam supra sepulchrum legerat, noua & admirabili ratione fratrem istum à sacro vinculo fuisse liberatum. De hoc quoque satis existimari potest, quanta vis sit eius vinculi, quo mortales à sacerdotibus ligantur.

Michael Glycas parte 4. Annalium. Quidam Ecclesiasticus ab Episcopo excommunicatus, cum interea pro Christo martyrium subiret, corona & premio martyrii antequam ab ipso Episcopo absolueretur, frui non potuit.

CAP. XXXII.

IN historia Ecclesiastica Philonis philosophi reperitur, quodam persecutionum Præsecutorum tēpore seniori Ecclesiastico ab antiquitate sacris interdictum fuisse. Quum autem senior ille quandam ob causam necessariam aliquò præfectus esset, accidit ut ab Ethnicis comprehensus, testimonio suo veritatem ob-

signa-

Ex Philonis Ecclesiastica historia.